Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

aut cedebant ramos de arboribus et sternebant in via
turbe autem que precedebat et que sequebantur clama
bant dicentes Osanna filio David benedictus qui
venit in nomine domini. Dom. ij. Ad Romanos
Fratres Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam
scripta sunt ut per patientiam et consolationem scripturarum
spem habeamus Deus autem patientie et solatii det vobis id ipsum
sapere in alterutrum secundum iesum xpm ut unanimes uno
ore honorificetis dm et patrem dni nri ihu xpi propter
quod suscipite invicem sicut xpo suscepit vos in ho
norem dei Dico enim xpm ihm ministrum fuisse circum
cisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones
patrum gentes autem super misericordia honorare dm sicut
scriptum est Propterea confitebor tibi in gentibus et nomini
tuo cantabo Et iterum dicit Letamini gentes cum ple
be eius Et iterum Laudate omnes gentes dominum et con
laudate eum omnes populi Et rursum esaias ait erit
radix iesse et qui exsurget regere gentes in eum gentes
sperabunt Deus autem spei repleat vos omni gaudio et
pace in credendo ut habundetis in spe et virtute spi
sancti. Dni secundum s. Lucam. Erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pres
sura gentium per confusionem sonitus maris et fluctuum
arescentibus hominibus prae timore et expectatione que super